



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De modo procedendi ad sumendum Confirmationis Sacramentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

scepturi sunt, quād qui ad eam patrini adhibebuntur, vestito simplici, moderato, & modestiæ Christianæ confitentia accedant; & arma item deponant. Idem feminæ prætentita scilicet, vt ne fuco, & pigmentis facie ilita, nō immoderato capitis, corporisve ornatu accedant; sed ita, vt cum capite recte velato sint, tum reliquo vestitu, cultuq; eiusmodi, qui Christianas mulieres, grauesq; decet.

Vt omnes qui confirmandi sunt, accedant non incompositis, atque vsq; adeo promissis capillis, vt penè irons obtegatur. Neque rursus fronte sint aut fortè madida, aut sordibus conspersa. Pridie igitur diei quo Confirmationem suscipiant, caput lauent, aut mundent; capillos item tonderi curent.

De modo procedendi ad sumendum  
Confirmationis Sacra-  
mentum.

**C**onstituta die benè mane omnes & mares & foeminæ cum suis patrini in Ecclesiâ suam Parochiale ad signum campanarum conueniant, vt hora tercia confirmari possint. inde præente Parocho, parochialiq; sancti Patroni vexillo, vt moris est prælato; ad Basilicam Metropolitanâ aut collegiatam, aliave, vbi hoc sacramentum Archiepiscopus ministraturus est, bini ordine procedat. Quam verò diem, & Ecclesiam certam Archiepiscopus ad hoc sacramentum ministrandum unicusq; viciniaz parochiali constituerit: id ita cœti seruent, vt ne quisquam neque alia die, neque in alia Ecclesia illud sumat: nisi fortasse constituta ea die necessariò impeditus sit.

Venient autem primò in locum, scribendis illorum qui confirmandi sunt schedulis præsumptis. Eoq; loci testimonium præfita confessionis sacerdotibus, acolitisq; dabunt, huic curæ præfectis. Deinde vt experiendo cognoscatur, an & ipsi qui confirmandi sunt, & patrini eorum, quos rudiiores esse probabile fit, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, symbolum Apostolorum, & Decalogum recte notant, Parocho in primis, & reliquis de-

putatis memoriter reddant; nisi tameid in confessionis sacramento præstitisse, in testimonio ipsius confessionis appareat.

Idem feminæ exequentur loco decenti, sibi potissimum separatimq; cōstituto. Vbi hæc fidei rudimenta reddiderint, accipiant singuli statam suscipiendæ Confirmationis schedulam: inde ad suā quique Ecclesiæ partem, foeminæ ad septentrionalem, mares ad australē reuerſi, pijs precationibus meditationibusque parent se ad sacramentum hoc deuotè recte; suscipiendum.

Quam schedulam vbi acceperint, alium patrinum quam in ea notatum nemo sibi quisquam eligat. Si verò quis ob causam eum muteret, schedulam item aliam sibi conficiendam latim curet, in qua iscribatur.

Quibus locis fideles conueniunt, nè suis vagè varieq; dispersi sint, dum morantur; sed omnes simul, & qui confirmandi sunt, & patrini, decenter se habebunt, vt sepiè cum silentio præparent, precibusq; vacent: aut etiam vñā cuncti litaniæ recitent; quod vt verè præstetur, ecclesiæ presbyteri, ac ministri diligenter eurent.

Prouideatur etiam, vt omnes Missæ sacrificio deuotè interfiant.

Cum ad inuocandum Spiritus sancti gratiam preces fient, omnes genibus flexis deuotè orabunt, in mysterij meditatione fixi quod peragendum est.

De Patrinis.

**Q**VI confirmandi sunt, singuli patrini sibi adhibent: cuius munus est, filiolum quem in Confirmatione tenuit, monere, eiq; tanquam ducem se præbere, vt in quotidiano spirituali certamine aduersarium vincat: sed si rudem illum viderit, non solùm fidei Christianæ documentis instruere, verū etiam ad viam salutis, virtutumq; Christianarum disciplinam erudire cohortationibus, atq; exemplis, vt in sacramento Baptismi traditum est. Quamobrem patrinus is delegatur, qui non solùm doctrinæ Christianæ instituta præceptaq; teneat; sed etiam qui vite pietate exēplo ita se instituit, vt magister, vereq;